WALAFRIDUS STRABO
12. Jh.
Seite 27v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26479
Copyright: Admont, Benediktinerstift



amore. post hec uocauit eam. et iuxta se fecit inpa
latio residere. et donis ingentibus honoratam. pertu
lit monasterio ancillarum dei. quod in honore bea
ti PETRI principis apostolorum constructum est
in metensium ciuitate. ubi gesta sunt uniuersa
que proxima narratione retulimus. In his autem om
nibus perficiendis. secuta est consilium beatissimi gal
li qui eam domino auxiliante a demonio liberauit.

PER idem tempus IOHANNES diaconus perseuerans
apud uenerandum patrem. prudentiam que in eo celi
tus abundabat. studio scientie potauit. in absolu
tione dum taxat difficilium scripture diuine questio
nem et intemerate fidei ratione. operis quoque cottidi
ani quod idem egregius apostoloce districtionis imita
tor: sedula accelerabat instantia. non solum dilex
it scientiam. uerum etiam comprehendit. gratia enim illustra
tus diuina quicquid uel uisu uel auditu percepit. alte
memorie et ut ira dixerim armario cordis celer
inseruit. et sub huius magistri disciplina cum